



**Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1613**

Qvomodo Mango Cham Tartarorvm Imperator baptismum susceperit,  
vtque simul Rex Hayto cum fratre suo Haolono ab Imperatore veniam  
abeundi consecuti sint. Capvt V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

Demum placet nobis omnes munitiones,  
quas in plano sitas nobis subiecimus ex  
singulari gratia donare, ut regni tui tu-  
tioni deseruant.

**Q V O M O D O M A N G O**  
**C H A M T A R T A R O R V M**  
Imperator baptismum suscepit,  
utque simul Rex Hayto cum fratre  
suo Haolono ab Imperatore  
veniam abeundi con-  
secuti sint.

**C A P V T V.**

**I**Taque cum Mango Cham petitionem  
Regis Armeniae explere velle, eam  
mox priuilegijs, quæ ei collata sunt, cōfir-  
mauit. Ille verò nulla interposita mora  
sacramento baptismatis initiari voluit:  
quod etiā factum est. Mox etenim à quo-  
dam Episcopo, regni Armeniæ Cancella-  
rio, vndâ regenerationis cum vniuersita-  
tua sua ablutus est. Neque solus Impera-  
tor Tartarorum, sed & complures alij  
triusque sexus homines tam procerum  
quam equitum famuli baptizati sunt, ex  
quibus plures, vt vna cum Haolono Im-  
peratoris fratre ad terram sanctam expu-  
gnan-

gnandam proficiscerentur, delecti sunt. Itaque Haolonus & Rex Armeniæ tam diu iter simul fecere, donec ad ingentem fluuium nomine Physon peruenirent. Haolonus quidem suo cum milite, cuius ingens erat numerus, per diuersas profectus prouincias, & priusquam sex menses effluerent, vniuersam Persiam peragrando, sibi subiecit. Et hoc sine omni labore & molestia; etenim tunc temporis rege suo destituta fuit: Et sic Haolonus omnes regiones vsque ad Assasij terminos in potestatem rededit. Sunt autem Assasij, populi simpliciter, sine omni Deo & religione, in tantum, ut solummodo ad placitum superiorum viuant. Princeps autem eorum sex Montium dominum se se vocat. Qui si quem subditorum mortem subire iubet, è vestigio vel sibi ipsimet manus violentas afferunt, vel alterius voluntati, ut neci dentur, assensum praebent. Habuerunt Assasij castrum quoddam, TYCADO dictum, adeò præmunitum, ut nulla abs parte expugnationem metuerent. Pracepit ergo Haolonus cuidam ex Capitaneis suis, ut acceptis decem millibus Tartarorum, eis, qui in Persia cùm subigeretur, relicti erant ad dictam munitionem militem duceret, & nullatenus donec eam

Assasij.

expu-

expugnaret, ab ea discederet. Itaq; impe-  
rata Tartari facientes, ad dictum locum  
perrexerunt; quem obsidione cingentes,  
continuis viginti & septem annis bruma  
pariter & aestate oppugnabant. Tandem  
Assasij nō quod penuria ciborum, sed ve-  
stium laborabant sese dedidēre. Dum hac  
agerentur, quando nempē Haolonus in  
regno Persarum paci & Reip. instaurādā  
studeret, & in expugnandis munitionibus  
Assasiorum operam daret, Rex Armeniæ  
ab eo veniā discedendi, vt ad suos remea-  
ret, à quibus iam diu absuerat, petijt. facile  
facultatem abeundi in primis tamen mul-  
tis affectus donis, impetravit, & penes hoc  
Bayloni, qui in Turquia habitabat, vt  
Regem Haytonem ad sui regni limites  
turò dederet, in mandatis dedit. Quod  
Baylo summa diligētia curauit, & ita post  
dimidij anni spatium, Rex Hayto, intra  
proprios sui imperij limites, saluus & in-  
columis, quod gratia diuina factum  
est, cum gaudio sese re-  
cepit.

QVO